



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Modus communicandi infirmum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

taliter manducare, hoc est, Angelorum huic panem sibi
ostensum, voto viuaque fide, quæ per dilectionem opera-
tur sumere, atq; ita fructum eius ac vtilitatem consequi.

*Concil. Trid.
sess. 13. de-
cret. de re-
form. cap. 8.*

VIII. Meminerit Parochus Eucharistiam nemini porri-
gendam, nisi per sacramentum poenitentia reconciato.

IX. E idem infirmo in eadem infirmitate communicare
saepius licet, quemadmodum & ijs, qui à festo Palchæ, in
in quo communicarunt statim in morbum incidunt, vtri-
que siquidem vtiliter petunt & accipiunt.

*Communi-
o in fir-
mo u fre-
quentate.*

**MODVS COMMUNI-
candi infirmum.**



Acerdos cum eo, qui praescriptus est modo,
ad infirmum peruenerit dicat: **Verf.**

Pax huic domui. **Resp.** Et omni-
bus habitantibus in ea.

*Oratio sa-
cerdotis
ingressi ad
infirmum.*

I. M. ox reuerenter deponat hierothecam
in menta ad eum vsu præparata accedensq; ad infirmum
aspergat eum aqua benedicta, omnesque astantes cum his
verbis.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor
lauabis, &c. **Deinde dicat:**

Verf. saluum fac seruum tuum (saluam fac an-
cillam tuam.)

Resp. Deus meus sperantem in te.

Verf. Mitte ei auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere eum (eam.)

N

Verf.

Verf. Nihil proficiat inimicus in eo (ea.)

Resp. Et fili⁹ iniquitatis nō apponat nocere ei.

Verf. Esto ei Domine turris fortitudinis.

Resp. A facie inimici.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Verf. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEus infirmitatis humanæ præsidium, auxiliij tui super famulum tuum (**famulam tuam**) ostende virtutem, vt ope misericordiæ tuæ adiutus (**adiuta**) Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Interrogatio sacerdotis.

II. **P**ostea infirmum submissa voce interroget, num aliquid occurrat, quod confiteri velit, si affirmet, astantibus foras secedere iussis audiat & absoluat, & quidem ab omnibus peccatis & censuris, si in articulo mortis constitutus videatur, ijs obleruatis, (nisi vis morbi impediat) quæ supra de poenitentia sacramento documento 25. & 26. præscripta fuerunt: sin neget, tum dicta generali confessione per ægrotum aut ministrum astantem, sacerdos astantes, vt pro infirmo orent hortetur, ipsi generalem absolutionem subiungat his verbis:

Confessio, absolutio, & oratio.

Miseretur tui omnipotens Deus, &c.

Indul-

Indulgentiam, absolutionem, &c. vt supra.

Oremus.

Dominus noster Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quæcunq; ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram erunt soluta & in cœlo, de quorum numero quâuis nos indignos esse voluit, ipse te absoluat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quæ quouis modo cogitatione, locutione & operatione negligenter egisti, atq; à peccatorum nexibus absolutum (**absolutam**) perducere dignetur ad regna cœlorum, qui viuunt & regnat in secula seculi. Amen.

III. Absolutione præmissa Sacerdos sacram hostiam dextra supra pyxidem paululum eleuet, atque infirmum hac oratione compellat: **Credisne charissime frater, (charissima soror)** sub specie panis verum Christi corpus, vnâ cum sanguine, anima, & diuinitate adeoq; totum Christum ex beatissima Virgine natum contineri? **quo affirmate se credere, mox Sacerdos.** Ergo flecte genua cordis tui, & Christum Iesum quem presentem esse credis cum Centurione Euangelico humiliter adora dicendo,

Domine non sum dignus, vt intres, &c

Quibus verbis tertio repetitis sacram communionem illi porrigat dicens:

N 2 Corpus

Exhibitio
Eucharistiæ.

Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

IV. Deinde hierothecam aut pyxidem in mensa reponat, vino digitos abluat, idque infirmo sumendum præbeat, quo per eum hausto in genua coram augustissimo sacramento procumbat, atque hanc orationem subijciat.

Oratio sacerdotis data ægro communiore.

O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mēs impletur gratia, & future glorię pignus datur.

Verf. Panem cœli dedit illis.

Resp. Panem Angelorum manducauit homo.

Oremus.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ, &c. vt supra.

V. Quòd si post sumptam ablutionem Eucharistia adhuc palato adhæreat, rursus aliquid vini (**modo infirmi dispositio id ferat**) propinet, donec amoueat, & deglutiatur.

Admonitio post ægroti communionē faciēda.

VI. Quibus omnibus ad eum modum peractis, hortetur infirmum, vt pro tanto beneficio, Domino Deo ex animo gratias agat, vt animum à rebus fluxis & perituris abducat, eumq; ad contemplationem Dominicę passionis & cœlestium bonorum transferat, morbi molestias patienter toleret, ac demum extremæ vnctionis sacramentum, dum sensus adhuc sunt integri, administrari sibi procuret.

Benedictio ad extremū impēdēca.

VII. Qua exhortatiuncula finita, ac infirmo domesticis diligenter commendato, diuinissimo sacramento illi cæterisque

terisque astantibus cœlestem benedictionem impendat hac verborum forma.

Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & **Fi** ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, descendat super vos, & maneat semper, Amen.

QVID AGENDVM SACER-
doti post infirmi communionem.

I.



Ostquam infirmus salutari viatico recreatus est, sacerdos eadem, qua ante dictum est, grauitate, modestia, & deuotione ad Ecclesiam reuertatur. Ecclesiam ingressus, & ante tabernaculū aut altare consistens præ-

Oratio pro
ægro po-
stulanda.

sentes hortetur, vt ægrotū suis apud Deum precibus sedulò iuuent, omniaque quæ ad corporis, & animi sanitatem pertinent, donari postulent, dicentes deuotè Pater nost. & Aue, &c.

II. Deinde indulgentias promulget, quas pro meriti sunt qui diuinissimū sacramētum honoris ergo deduxerunt, ac illi quidē qui sine lumine comitati sunt, centum; qui verò cum lumine ducentorū dierum indulgentiā sunt cōsecuti.

Indulgentiæ pro-
mulgandę.
Ex Bullis
Pauli 3. &
Gregorij 13.

III. Ad extremum benedictionem hierotheca Eucharistiæ præsentibus impertiat, eosdemque asperfos aqua benedicta in pace dimittat, & ciborium seu Pyxidem in Tabernaculo reuerenter deponat.

Benedictio
impertien-
da.

IV. Atque hic quidem modus in reditu seruandus cū

Notatio.

vna aut plures hostiæ consecratæ supersunt, quæ solenni

N 3 ritu